SYNODUS S. LUDOVICI

6

1908

.63.9
a24

SYNODUS

Dioecesana Sancti Ludovici

SEXTA

habita die vicesima Sexta Junii
Anno Domini 1908

Præsidente Rmo. ac Illmo.

Joanne Josepho Glennon,

Archiepiscopo S. Ludovici.

ALMA COLLEGE
LIBRARY
Alma California

S. LUDOVICI.

Cancellaria Dioecesana.

1908.

SYNODUS

Dioecesana Sancti Ludovici

SEXTA

habita die vicesima Sexta Junii
Anno Domini 1908

Præsidente Rmo. ac Illmo.

Joanne Josepho Glennon,

Archiepiscopo S. Ludovici.

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
2400 RIDGE ROAD
BERKELEY, CA 94709

ALMA COLLEGE
263.9
LIBRARY
Sa24
Alma California

S. LUDOVICI.

Cancellaria Dioecesana.

1908.

35296

I.

ACTA IN SYNODO.

Litteris die 27 Aprilis A. D. 1908 datis, Rmus. ac Illmus. Joannes Josephus Glennon, Archiepiscopus S. Ludovici, convocavit Clerum tum sæcularem tum regularem Diœcesis S. Ludovici ad Synodum sextam in ædibus Seminarii Kenrickiani, Festo Ss. Cordis Jesu, quæ erat dies 26 Junii A. D. 1908, habendam.

Die statuta, hora nona A. M., convenerunt in sacellum Seminarii omnes de Clero vocati, iis exceptis quos gravis causa excusabat. Post Missam privatam ab Adm. Reverendo Josepho Aloysio Connolly, V. G. celebratam, omnia cætera peracta sunt juxta Pontificale Romanum.

Primo loco lecta sunt a Rev. D. Secretario Synodi decreta de Synodi initio atque de modo procedendi et de officialibus, quos designavit Rmus. ac Illmus. Archiepiscopus.

Deinde instante Rev. D. Promotore Synodi, lectum est decretum de Professione Fidei juxta mandatum Concilii Tridentini emittenda, quam omnes præsentes emiserunt, juxta formam præscriptam. Vocationi nominum per Rev. D. Secretarium factæ 284 Sacerdotes responderunt. Synodi quintæ acta et decreta de novo promulgabantur et decreta nova

Synodi sextæ approbata et accepta sunt. Instante deinde Rev. D. Promotore, Secretarius promulgavit nomina Examinatorum, qui eligebantur acclamatione et juramentum de munere suo fideliter fungendo emittebant.

Rmus. ac Illmus. Archiepiscopus deinde designavit, per Secretarium Synodi, Consultores, quos, propositione a Clero antea facta, ipse Rmus. Ordinarius seligendos esse judicaverat.

Ad finem Rmus. ac Illmus. Archiepiscopus alios officiales nominavit, et allocutionem habuit.

Quibus omnibus finitis, lectum est Decretum de Conclusione Synodi et decantatus est Hymnus "Te Deum" in gratiarum actionem.

Decreto de dimissione Synodi lecto, Clerum solemniter benedixit Rmus. Archiepiscopus et omnes recesserunt.



Synodi Secretarius.

ACTA ET DECRETA

Synodi S. Ludovici Sextae. Habitae die 26 Junii A. D. 1908.

Addenda, emendanda et nova supra ea quæ synodis, præcipue quarta et quinta, promulgabantur.

Caput I.

1°. Ea omnia, quæ tum ad doctrinam tum ad disciplinam Romana Sedes in litteris encyclicis: "Pascendi gregis" et decreto "Ne temere" nuper dedit, volumus et mandamus, ut clerici et laici in hac nostra diocesi corde et animo accipiant iisque obsequantur.

2°. Concilii Plenarii Baltimorensis II. sicuti et III. decreta, exceptis iis quæ interim legitime sunt derogata, hisce de novo inculcamus, ut sacerdotes nostri, sive sint seculares, sive regulares, hujus diœceseos fideliter ea exequantur.

3°. Insuper, statuta anteactarum synodorum nostræ dioceseos omnia, cum iis quæ emendanda, supplenda et noviter addenda necessaria duximus ad bonum fidelium et clericorum nobis subjectorum hisce iterum confirmamus et promulgamus.

Caput II.

AD. IV SYNODUM:

Eliminanda et Addenda.

1°. Addatur numerus novus numo. 47, pagina 36 sub littera a. Ita 47: "Præterea parochus in

libro quoque baptizatorum adnotet, conjugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quodsi conjux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi transmittat, ut matrimonium in baptismi librum referatur.'' (Ne Temere, IX. 2.) Sin vero baptismi parochus exquiri nequeat, transmittet notitiam parochus matrimonii ad curiam baptismi episcopalem.

Quoties matrimonium imminente mortis periculo coram quolibet sacerdote et duobus testibus (num. VII. Ne temere) contrahitur, tunc tenetur sacerdos ille, qui assistebat; si contingat ut in aliqua regione sponsi formali consensu coram duobus testibus absente sacerdote (num. VIII. Ne Temere) matrimonium inierunt, tenentur in solidum testes cum contrahentibus, ut conjugium istud libris præscriptis quam primum adnotetur.

Caput III.

DE MATRIMONIO IN SPECIE.

Addenda et Omittenda ad IV Synodum.

1°. Numero 94, pag. 50, delenda sunt verba: ''Alioquin nec licite nec valide.'' Numero 95 cedant verba: ''ad valide contrahendum,'' his verbis: ''ad licite contrahendum''; item, ubi legitur 3 ''matrimonio eorum *valide*,'' verbis: ''matrimonio eorum *licite*.''

Numerus 96 totus negligendus est; attendatur

autem loco ejus tum numerus VI et numerus X decreti, "Ne temere."—Numerus 97 emendatur his verbis decreti: "pro regula habeatur ut mattrimonium contrahatur coram parocho sponsæ." Ad numerum 98 adjicienda sunt decreti verba: "Quoad vagos, extra casum necessitatis, parocho ne *liceat* eorum matrimoniis adsistere." (Ne temere, numero V. 4.)

Numerus 99 modo obsoletus æstimetur. Quæ numeris 100 et 101 de quasi-domicilio leguntur corrigenda sunt ut consonent juris legi de domicilio absoluto et decreti proviso de commoratione menstrua. Primum si deficit, secundum haberi debet, et quidem menstrua commoratio completa ab alterutro contrahentium in loco matrimonii. Numeri 102 et 103, decreto "Ne temere" ubique audiendo, præteriri possunt.

Numero 119 adjungatur numerus 172, qui pagina ejusdem synodi 73 legitur; "In matrimoniis celebrandis, quum agatur de actu sacramentali, nonnisi testes catholici adhibeantur." (Decr. S. C. C. 29, Nov. 1672.)

DE MATRIMONIIS MIXTIS.

Numero 123 omittenda sunt verba: "Parochus illius parochiæ etc. assistere potest." Numero 126 æquo negligendum est verbum: "contracturus" ponatur "attentaturus." Numerus 127: "Bulla pro Hollandia," amplius ad rem non est.

Hucusque addenda et eliminanda sunt in re matrimonii ut in Synodo quarta.

Nova vero, ut sequuntur, hac Synodo sexta promulgamus et statuimus :

I. De Sponsalibus et Matrimoniis Inter Catholicos.

1°. Districte mandamus ut Nostræ dioceseos sacerdotes tum seculares tum regulares ea omnia, quæ decreto "Ne temere" disponuntur, ad unguem obsequantur.

Meminerint decretum illud vim legis obtinuisse a die solemni Paschæ, i. e. a decima nona Aprilis, A. D. 1908.

Matrimonia ergo ante illam diem contracta judicanda sunt ad normam veteris legis et secundum statuta priorum hujus dioceseos synodorum. Juvabit dixisse decreto" Ne temere" nihil esse immutatum, nisi "quod circa formam celebrandi connubii apposuit."

2°. Acutissime indagandum est ab utroque clero quæ tum ad valida tum ad licita sponsalia et matrimonia isthoc decreto mandantur.

3° Sponsalia quidem inter Catholicos, ut valeant et canonicos sortiantur effectus, iniri debent "per scripturam subsignatam unico contextu et apponenda dies, mensis et annus a partibus et vel a parocho aut a loci ordinario, ad quod alium delegare non possunt (Resp. VI. S.C.C. 30ª Martii, 1908 et ad

I et II 27 Julii, 1908), vel saltem a duobus testibus.

"Si utraque vel alterutra pars scribere nesciat alius testis addatur, qui id in ipsa scriptura adnotet. Nisi taliter sponsalia ineantur, nulla parere impedimenta, v. g. publicæ honestatis, decernenda sunt.

Possunt vero celebrari sponsalia coram quolibet ordinario aut parocho, dummodo intra limites territorii ejusdem ordinarii vel parochi (ex Resp. VII. S.C. Conc. 30 Martii, A. D. 1908) se sistunt. Volumus vero ut scriptura supra descripta curiæ parochiali concredatur.

4°. "Ea tantum matrimonia valida sunt, quæ contrahuntur coram parocho vel loci ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato et duobus saltem testibus, "juxta tamen regulas et salvis exceptionibus," quæ eodemque decreto assignantur.

5°. Perpendant diligenter sacerdotes hujus dioceseos omnes, quinam nomine parochi veniat quinam, ut testis autorizabilis, matrimoniis infra sui territorii limites contrahendis valide et licite adsistere possit.

Loci ordinarios comprehendi etiam Vicarios Generales, ultro norunt. Attendant verbis decreti: "Nomine parochi venit non solum, qui legitime præest parœciæ canonice erectæ, sed in regionibus, ubi parœciæ canonice erectæ non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parocho æquiparatur."

Parochos ergo omnes a Nobis legitime constitutos jus habere supra subjectos suos, quamvis habitent infra limites alterius parœciæ, cujus vero non sunt membra, per se patet, eo quod limites variarum parœciarum seipsos transiliunt.

6°. Parochi sicuti loci ordinarii licentiam utique concedere possunt alii sacerdoti, qui vero determinatus sit oportet (Resp. S.C.C. ad IV. 27 Julii, 1908), ut matrimoniis intra eorum territoria ineundis adsistat; ipse tamen regulas ad validam et licitam adsistentiam observare debet, sicut et illi.

7°. Adjutores parochi, quos assistentes appellare consuevimus, sciant, sive ex regulari clero sive ex seculari sint, se a Nobis delegari in re matrimonii ut valide adsistant matrimoniis eorum qui sunt subjecti et infra limites parœciæ, cui legitime assignati sunt assistentes; ita tamen ut licite non assistant iisdemque matrimoniis, nisi ad hoc a parocho delegantur. Idem sciendum et agendum ab iis, qui ad tempus cuidam parœciæ administratores deputantur.

Parochi vero et eorum assistentes ne obliviscantur, nec valide nec licite unquam adsistere posse matrimoniis suorum subjectorum, quandocunque extra limites territorii sui contrahunt, nisi a parocho vel ab ordinario loci, in quo contrahunt, ad hoc veniam acceperunt.

Sin autem conjungant matrimonio aliunde venientes, i. e. ex alia parœcia, se omnino illicite

agere, advertant, et pœnis subjacere a Nobis sanciendis, nec ullo prætextu emolumenta stolæ sua facere posse, sed illa remittenda esse parocho proprio contrahentium.

8°. Caute ergo inquirant sacerdotes de libero statu contrahentium, servatis de jure utique servandis, priusquam adsistant matrimoniis.

Insuper, se ipsos certiores reddant de domicilio vel saltem de menstrua commoratione alterutrius partis contrahentium.

Intentione manendi et stabiliter habitandi acquiritur domicilium absolutum ; ubivero deficit tale domicilium commoratio menstrua, nec inchoata, nec dimidiata, sed completa omnino postulatur.

Quid fieri possit imminente mortis periculo, quamvis mors vere non succedat ; aut quid fieri possit ubi deficiat sacerdos et defectus a mense perseveret, dum agatur de matrimonio validando aut ineundo, e decreto ipso noverint presbyteri.

Valida matrimonia non sunt in locis dissitis, ad quæ missionarius singulis mensibus non venit, in quibus tamen, si peteretur haberi possit, et vel ad eum aut ad alium missionarium, qui sit parochus in sensu decreti, *absque gravi incommodo* possent accedere sponsi. (Resp. S.C.C. ad V, 27 Julii, 1908.)

9°. Quænam sit gravis necessitas a licentia petenda excusans, ut matrimoniis aliunde venientium adsistere possint sacerdotes ; aut quænam necessitas intercedat oportet, ut vagorum matrimoniis ut testes

autorizabiles præstent sine licentia Ordinarii vel sacerdotis ab eo delegati; quænam tandem habeatur justa causa, ut sine recursu ad parochum sponsæ possint connubium testificari, definiendi sententiam nostram hic apponere non convenit; mandamus tamen quod ubi dubitatur, casus nostro judicio aut illius a Nobis delegati, deferatur ad solvendum.

II.

DE MATRIMONIIS MIXTIS.

1°. Omnes in Ecclesia baptizati et ab heresi aut schismate conversi (licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint, quamvis in juvenili aut infantili ætate (IIa Resp. S. C. Concil. 1 Febr. 1908), ad sponsalia vel matrimonia ineunda tenentur formam in decreto descriptam obsequi ut valida et licita habeantur coram facie Ecclesiæ.

2°. Ubi contingat partem Catholicam contrahere matrimonium cum acatholica parte, sive haec pars sit baptizata, sive non baptizata, immo rituum orientalium heretici aut schismatici sint (Resp. S. C. Conc. 30 Martii, 1908); etiam dispensatione, ut casus ferat, jam obtenta, aut mixtæ religionis aut disparitatis cultus; non valere tamen nec licitum esse matrimonium inter illos, nisi coram parocho et duobus saltem testibus contrahatur, salvis utique iis quæ de matrimoniis inter Catholicos exceptionis modo ipso decreto apponuntur; nam et illa de mixtis matrimoniis dicta censenda sunt.

Ad matrimonia mixta valide contrahenda, ab Ordinario vel a parocho exquirendus et excipiendus est contrahentium consensus. (Resp. S.C.C. ad III, 27 Julii, 1908.)

3°. Notatu dignum, acatholicos, sive baptizatos ritu sane schismatico aut heretico, sive nullo ritu baptizatos, nullibi ligari quando inter se contrahunt, ad formam decreti observandam, inde, dum convertuntur ad Ecclesiam Catholicam eorum matrimonia in heresi aut schismate aut infidelitate contracta salva manere et frui jure suo ; item, non complecti decreto Catholicos ritus orientalis, qui inter se matrimoniis conjunguntur ; quando vero agatur de matrimonio inter Catholicum ritus latini et Catholicum ritus orientalis, constat, non esse validum nisi ad formam decreti ineatur. (Resp. S.C. Conc. 30 Martii, A.D. 1908.)

DE CURA ET ZELO ANIMARUM

ut in Cap. V Synodi IV.

Addendum numero 153 de libris parochialibus:

Diligenter in eis omnia referantur ipsa parochi manu, vel manu ejus, qui vices ejus gerit, idque licet alius sacerdos vel a se vel ab ordinario delegatus matrimonio adstiterit ; et eo modo quidem et tali ratione inscribatur ut decreti mandatui satisfiat.

DE FESTIVITATIBUS.

Addendum numero 166. Stricte prohibemus

pecunias comparare iisdemque conviviis vel festivitatibus, ad reditus parochi augmentandos aut supplendos, ad scholas etiam sustentandas, sine nostra speciali venia; et ne unquam nostra illa speciali venia, præsumant, qui illam petant, contineri permissionem cum usu liquorum [intoxicants] convivia vel festivitates celebrari posse. (Concil. Plen. Baltim. III num. 290 et 291.)

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

numerus addatur 184.

Præcipimus et mandamus, ut sacerdotes nostræ ditionis testamentum suum ad normam legis tempestive conscribant, aut conscribi curent.

Ne ad extremum differant ultimæ voluntatis signum. Meminerint in conficiendis instrumentis quæ tam alto consilio Patres Concilii Baltimorensis tertii hortantur. (Con. Pl. Baltimor. III. p. 159, num. 277.)

Hac de re in annuali relatione cancellariæ mittenda petituri erimus: 1° Utrum instrumentum, quo disponuntur bona, a sacerdote sit confectum?

2°. Ubi illud instrumentum depositum inveniri possit?

DE SALARIO RECTORIS ET ASSISTENTIUM.

Num. 194 Addatur: quæ summa pro rata, quoque mense solvenda est.

Num. 195. Pro victu etc. vice: "viginti quinque scutata" apponendum erit: "Triginta tria dollaria et triginta tria cents ($33.33) de thesauro Ecclesiæ, ita ut per annum æquivaleat summæ quadringentorum dollarium ($400.00.)

DE COLLECTIS AB ORDINARIO PRÆSCRIPTIS.

Sub num. 205 Regulæ quoad Collectas ad litteram d, pag. 86a, ita sonat: Casu quo quis (sive Rector sive Assistens) intra sex menses ante festum Paschatis in aliam ecclesiam transferatur, accipiat justam proportionem ab utraque Ecclesia juxta tempus, quo ille utrique ecclesiæ anno tunc elapso adscriptus fuerit."

Ex Synodo V eliminanda sunt quæ ibi numero 8 pag. 7 circa conferentias disponuntur.

APPENDIX.

1°. Facultas ter in hebdomada celebrandi missam privatam de Requie in duplicibus majoribus et minoribus, exceptis vero diebus, quæ in Synodo IVa sub IV 2-7, p. 118, memorantur, ad quinquenium noviter concessa est sacerdotibus hujus dioceseos.

2°. Libros ad normam decreti "Ne temere" ab officialibus hujus Synodi confectos, ut juste inscribantur Matrimonia, nec non formulam litterarum, quibus nuntium dare possint sacerdotes de matri-

moniis initis, ut in locis baptismi contrahentium inscribantur, hisce commendamus.

Petitio officialium Synodi ut Ordinarius litteras Pastorales de ædificanda Cathedrali Clero et populo dignetur mandare :

"Dum Rmus. ac Illmus. Ordinarius noster tempus advenisse judicat tam præclaræ metropolitanæ civitati providere Ecclesiam Cathedralem, dignam sane tanta diocesi ; cum jam ipse fundamenta jaceri curavit, et suo opere et diligentia tantas pecuniarum summas collegit, opportunum putavimus rogare eum ut dignari vellet omnes sibi subjectos ad sumptus solvendos adsciscere, et comites sibi adjungere ex utroque suæ jurisdictionis clero, qui adjuvent Illmum. in tam laudabili suo voto ; quod ut citius fiat et intentio ejus innotescat omnibus diocesanis suis, humiliter petimus Litteras Pastorales de Aedificanda Cathedrali."



Archiepiscopus S. Ludovici.

OFFICIALES SYNODI.

Promotor:

Rev. Josephus Selinger, S. T. D

Secretarius:

Rev. Joannes J. Tannrath.

Procuratores Cleri:

Revdi. Dni.:
Patricius W. Tallon,
Franciscus X. Willmes.

Judices Excusationum:

Adm. Revdi. Dni.:
Josephus A. Connolly, V. G.
Otto J. S. Hoog, V. G.

Magistri Caeremoniarum:

Revdi. Dni.:
Martinus S. Brennan, A. M. Sc. D.
Otto Siesener.

Consultores:

Rev. J. A. Hoffmann.
Rev. P. W. Tallon.
Rev. F. G. Holweck.
Rev. J. T. Coffey.
Rev. J. J. Tannrath.
Rev. E. J. Lemkes.

Examinatores Synodales:

Rev. F. X. Wilmes.
Rev. J. A. Hoffmann.
Rev. P. W. Tallon.
Rev. F. J. Jones.
Rev. F. Gilfillan, S. T. L.
Rev. J. T. Shields.
Rev. F. G. Holweck.
Rev. J. Rothensteiner.
Rev. J. Selinger, S. T. D.
Rev. J. Wentker.
Rev. E. J. Lemkes.
Rev. C. L. Souvay, C. M., S. T. D.
Adm. Rev. M. S. Ryan, C. M., S. T. D.

Officiales Curiae Episcopalis pro Causis Disciplinaribus Clericorum.

Judex: Ipse Rmus Ordinarius vel alius ab eo deputatus.
Procurator Fiscalis: Rev. Jos. Selinger, S. T. D.
Secretarius: Rev. Joannes J. Tannrath.

Officiales Curiae Matrimonialis.

Judices: Adm. Revdi. Dni.:
J. A. Connolly, V. G.
O. J. S. Hoog, V. G.
Defensor matrimonii: Rev. D. J. Lavery.
Secretarius: Rev. Joannes J. Tannrath.

Censor Librorum.

Rev. F. G. Holweck.

Commissio pro Seminario Dioecesano.

Revdi. Dni.:

Carolus Ziegler.
F. Gilfillan.
Eduardus J. Shea.
Patricius Tallon.
Franciscus Jones.
P. Wigger.

Commissio pro Conferentiis Theologicis.

Rev. Jos. Wentker.
Rev. H. Nieters.
Rev. F. Gilfillan, S. T. L.

Commissio pro Sustentatione Missionum Pauperum.

Adm. Revdi. Dni.:

J. A. Connolly, V. G.
O. J. S. Hoog, V. G.

Commissio Scholarum Dioeceseos.

Rmus. Joannes J. Glennon, D. D., *Præses.*
Adm. Rev. J. A. Connolly, V. G.
Adm. Rev. O. J. S. Hoog, V. G.
Rev. H. A. Hukestein.
Rev. E. J. Lemkes.
Rev. O. J. McDonald.
Rev. E. J. Shea.
Rev. A. Garthoeffner.
Rev. T. J. Dempsey.
Rev. D. J. Lavery.

Et Patres:

Primus ex Societate Jesu.
Secundus ex Congregatione SS. Redemtoris.
Tertius ex Ord. S. Francisci.
Quartus ex Congregatione Missionum.
Quintus ex Congregatione Passionistarum.

Commissio pro Sustentatione Clericorum Infirmorum.

Revdi. Domini:

F. X. Wilmes, *Secretarius.*
Jeremias T. Foley, *Nummularius.*
E. J. Shea.
J. A. Hoffmann.
Guliel. Noonan.

Commissio Seminarii Praeparatorii.

Revdi. Domini:

J. T. Foley.
P. Dooley.
G. A. Reis.
H. Thobe.
P. Wigger.
T. Walsh.

CATALOGUS SYNODALIUM.

I. E Clero Saeculari.

Rmus. Franciscus Goller.
Adm. Rev. Otto J. S. Hoog, V. G.
Adm. Rev. Josephus A. Connolly, V. G.

Revdi:	Revdi:
Carolus Ziegler	Joannes Ryan
Henricus Brockhagen	Eduardus J. Dempsey
Gulielmus Klevinghaus	Gulielmus A. Schmidt
G. D. Power	Franciscus J. Jones
Patricius F. O'Reilly	R. Healy
Joannes Gruender	Fredericus A. Klein
Michael Walsh	Eberhardus Pruente
H. Groll	Gulielmus J. Rensmann
Eduardus J. Shea	Patricius B. O'Loughlin
Martinus S. Brennan,	Joannes L. Gadell
Thomas Cooney	Joannes T. Feltmann
Henricus G. Jaegering	Eduardus J. Wynne
J. Schmidt	Fredericus G. Holweck
Michael Busch	Joannes T. Tuohy
H. Pigge	Henricus Kellersmann
Cornelius F. O'Leary	E. A. Casey
Gulielmus Noonan	Joannes O'Shea
Joannes J. Head	Joannes F. Reuther
H. Schrage	Lucas J. Kernan
Bernardus G. Stemker	Henricus A. Kuennen
Josephus D. Sudeik	Georgius A. Reis
Franciscus Bettels	Petrus J. Wigger
Henricus H. Hukestein	Patricius J. Kane
Patricius W. Tallon	Franciscus A. Diepenbrock
L. C. Wernert	Jeremias T. Foley
Franciscus X. Wilmes	Josephus L. Haar

Joannes Rothensteiner
Henricus Thobe
Franciscus R. Boehm
Joannes White
A. A. Acker
Jacobus J. McGlynn
Hermanus F. Schulte
Joannes J. Hughes
Hermanus Nieters
Franciscus Brand
Joannes J. Dillon
Joannes N. Kern
Jacobus J. O'Reilly
Henricus B. Geers
Daniel J. Lavery
Joannes S. Long
Daniel F. Sullivan
Jacobus J. O'Brien
Julius A. Schultz
Josephus Selinger, S. T. D.
Augustus Happe
A. H. Schaefer
Hermanus Wagner
Jacobus T. Coffey
Edwardus Kern
Urbanus Stanowski
Joannes J. Tannrath
Jacobus J. Furlong
Joannes Bachmeyer
Arthur F. O'Reilly
Æmilius J. Lemkes

Ludovicus F. Schlathoelter
Carolus M. Canning
Joannes Lyons
Petrus J. O'Rourke
Henricus Hussmann
Carolus H. Schaeffer
Josephus Wentker
C. J. Moenig
Joannes H. Muehlsiepen
Josephus R. Watson
Thomas J. Walsh
Thomas Mullen
Timotheus Dempsey
Bernardus J. Benton
Georgius Koob
Albertus Mayer
B. Schlathoelter
Petrus F. Quigley
Joannes C. Granville
Patricius Dooley
Adolphus Holtschneider
Michael G. Helmbacher
B. J. Beth
Antonius A. Jasper
Henricus Minges
Joannes Waeltermann
Petrus J. Byrne
Jacobus Sheil.
Thomas A. Dette
Joannes H. Krechter
Gulielmus E. Randall

Augustus J. Von Brunn
Victor Stepka
Christian H Schlefers
Carolus Keller
Carolus A. Bleha
Hermanus Adrian
Martinus J. Bahr
Patricius H. Bradley
Daniel W. Clarke
Fredericus J. Ernst
Joannes H. Girse
Cornelius J. Kane
Josephus Kroeger
Petrus Kurtenbach
Joannes Nekula
Gulielmus L. Shea
J. Tettemer
Franciscus Gilfillan S. T. L.
Henricus S. Kister
Bernardus S. Stolte
Aloysius Garthoeffner
Gulielmus Schulte
Joannes Nugent
Josephus F. Lubeley
Stephanus J. Brady
Michael D. Collins.
Franciscus X. Recker
Joannes Stevens
Patricius Lyons
Mauritius O'Flaherty
Conradus Brockmeier

Gulielmus Kotte
Theophilus Pudlowski
F. F. Peters
Albertus B. Gass, S. T. D.
Alexander F. Mercer
Joannes B. Pleuss, S. T. D.
Patricius P. Crane
H. Fabry.
Otto T. Siesener
Gerardus J. Schmidt, S.T.L.
Antonius Wigger
Michael J. Taylor
Carolus E. Einig
Carolus H. Even
Gerardus Fick
Georgius L. Fugel
Joannes J. Godfrey
Franciscus J. Holweck
Thomas J. Lloyd
Jeremias Murphy
Henricus C. Petri
Edwardus F. Salland
Daniel Donovan
Josephus Siebert
Franciscus J. O'Connor
Caesar Spigardi
Georgius P. Kuhlman
Ludovicus A. Kutz
Vincentius J. McCartney
Joannes Wehner
Josephus Preuss

Petrus J. Wigger
Eduardus A. Bolger
Martinus J. Collins
Thomas J. Aylward
Franciscus G. Gerhold
Daniel Gleason
Joannes F. Hoeschen
Timotheus Moynihan
Joannes Peters
Josephus Richarz
A. H. Rohling
Simon J. Zielinski
Jacobus M. Denner
Bernardus Puffer
Ludovicus C. Broeckelman
Jocobus M. Huber
Dionysius P. Mulcahy
Josephus A. Wippermann
Stanislaus Wisniewski
Oscar Šuster
Gulielmus F. Kempf
Josephus C. Hoelting
Josephus McMahon
Alphonsus V. Nicholas
Joannes L. Paffhausen
Joannes F. Adrian
Josephus Gilfillan
Josephus A. McMahon
Joannes R. Morgan
J. P. Newman
J. P. Spencer

Georgius J. Hildner
Josephus F. English
Hermanus J. Schmidner
Gulielmus Nugent
P. J. Ward
Gulielmus F. Carr
Gulielmus Moran
Joannes J. O'Neil
A. J. Reh
Joannes T. Sesnon
H. E. Amsinger
D. J. O'Ryan
H. Kuper
Franciscus Mispagel
Christianus Winkelmann
Jacobus Dockery
Daniel O'Brien
Franciscus Schiller
Josephus Westhues
F. W. Tracy
Daniel Buckley
Joannes L. Seidl
P. J. Flannagan
E. Heimerscheid
Josephus Heyberger
J. Moczydlowski
L. Carrotti
O. Leoni
V. Stephan
F. Horak

II. E Clero Regulari.

Adm. Rev. J. P. Frieden, S. J.
Rev. H. Bronsgeest, S. J.
" D. J. McErlane, S. J.
" F. X. Mara, S. J.
" C. Lagae, S. J.
" P. Krier, S. J.
" M. Speich, S. J.
" F. J. Vallazza, S. J.
" F. G. Hillman, S. J.
Adm. Rev. Cyprianus Banscheid, O. F. M.
Rev. Bernardinus Weis,
" Bernardus Wewer, O. F. M.
" Vincentius Schremp, O. F. M.
" Servatius Rasche, O. F. M.
" Arsenius Fahle, O. F. M.
" Lambertus Brinkmoeller, O. F. M.
" Dominicus Florian, O. F. M.
" Alphonsus Bergener, O. F. M.
" Burkhardus Diedrich, O. F. M.
" Remigius Behrend, O. F. M.
" Josephus Rhode, O. F. M.
" Ubaldus Otto, O. F. M.
Adm. Rev. Thomas P. Brown, C. SS. R.
Rev. N. Franzen, C. SS. R.
" H. Guenther, C. SS. R.
" M. Ryan, C. SS. R.
" P. O'Neil Byrne, C. SS. R.
" G. Mahoney, C. SS. R.
" J. McGinn, C. SS. R.
" D. Higgins, C. SS. R.

Rev. B. Neithart, C. SS. R.
" J. Dietrich, C. SS. R.
" F. X. Lepsa, C. SS. R.
Adm. Rev. F. V. Nugent, C. M.
Rev. E. M. Hopkins, C. M.
" S. J. Gorrell, C. M.
" F. J. Moser, C. M.
" J. F. Hoover, C. M.
" W. J. Ponet, C. M.
" W. H. Musson, C. M.
" S. P. Huber, C. M.
" Gul. A. Schultz, C. M.
" Alfredus Cagney, C. P.
" Carolus Eichman, F. M.

ABFUERUNT—Legitime Excusati.

I. E Clero Saeculari.

Adm. Rev. H. Van der Sanden.

Rev. M. McFaul
" C. Tintrup
" D. S. Phelan
" J. J. McCabe
" M. J. McCabe
" J. A. Hoffmann
" E. Coyle
" C. Mueller
" F. Pommer
" D. L. DeCeuynck
" C. L. VanTourenhaut
" G. Hoehn
" P. Gross
" J. A. Glingler
" C. E. Byrne
" M. T. Sevcik
" H. Mueller
" O. J. McDonald
" S Sennerich
" P. J. Cooney
" J. Schramm
" J. T. Shields
" F. Hundhausen
" J. Fugel
" M. Rupprechter

Rev. F. Goeke
" H. Muckermann
" S. Cruse
" J. A. Collins
" J. C. Fehlig
" J. T. O Sullivan
" T. V. O'Reilly
" H. Hassell
" J. F. Mulvihill
" J. Bonkamp
" H. A. Geisert
" D. J. Courtney
" J. J. Rapien
" J. Casey
" P. J. Dunn
" J. J. Thomson
" J. A. Cunningham
" T. F. Dalton
" G. O. Ryan
" J. P. Fitzkam
" J. P. Ryan
" P. Smyth
" J. Gavin
" Leo Manzetti

II. E Clero Regulari.

Rev. C. Kern, C. SS. R.



Synodi Secretarius.

Approbatur:



Archiepiscopus S. Ludovici.